



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

Pio Et Candido Lectori S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)



# PIO ET CANDIDO LECTORI S.



Lib. 8. ca. 6.

1. Mach. 2.

Heb. 11.

Quod plus moueant, fortiusq; ad Christianam pietatem extimulent exempla quam verba, pleniusq; sit opere docere, vinctquit Magnus ille Leo Pontifex, quam verbo, testantur tam multi sancti & eruditissimi Patres, qui Sanctorum vitæque sexus hominum Vitas describendas sibi sumpserunt, & cum ineffabili fructu ad posteritatis notitiam transmiserunt: Notissimus ex D. Augustini Confessionibus, quantum illi ad huc vacillanti contulerit audita vita beatissimi Antonij Eremitæ: nec dubium, quin innumeris alijs idem euenerit. Nostri instituti primus author & patriarcha Dominicus, Patrum exemplis summo perere delectatus, ad supremam vitæ spiritualis & religiose perfectionem peruenit. D. Thomas Aquinas, sui patris Dominici vestigijs insistens, eiusmodi lectione haud vulgariter afficiebatur: nec id sanè absque ingenti fructu. Quod si verò his solidiora petimus, non desunt nobis ne ipsius quidem scripturæ diuinæ testimonia. Iesus Syrach à cap. 44. vsque ad quinquagesimum primum in suo Ecclesiastico quid aliud, quam Sanctorum, qui in hac vita Deo placuerunt, exempla commemorat, eaq; nobis ob oculos spectanda & imitanda proponit? Matathias ille legis eximius zelator cum ab hac vita esset abiturus, filios suos nulla re alia magis, quam recitandis Patrum gestis, ad agendum fortiter pro Deo eiusq; sanctissimis legibus exhortatur & confirmat. Sed & in nouo Testamento D. Paulus prolixus est in precedentiū sanctorum Patrum celebranda fide. Possent huius generis per multa alia adduci: sed res per se adeo illustris & perspicua est, vt superuacuum videri possit illi docendæ rationes & argumenta adhibere. Itaque non possum non approbare, atque etiam commendare tam piū studium R. Patris D. Laurentij Suriy Carthusiani, qui non paruo labore has Sanctorum Vitas ex diuersis authoribus & egregijs manuscriptis exemplaribus collegit, & tanquam rararum quendam thesaurum Catholice Ecclesie hominibus contulit: quam spectabilis viri D. Geruini Licentiati vtriusque Iuris diligentiam & sedulitatem, tum in ponenda sua in MS. exemplaribus conquirendis opera, tum in excudendo opere tam pio & Ecclesie salutari. Tu itaque his fruere, Lector amice, nihil ambigens, quin eorum lectio non solum detrimentum nullum aut perniciem, sed ingentes potius & vberimos tibi sit fructus allatura. Vale.

F. Theodoricus Buscoducensis, fratrum  
Dominicanorum intra Coloniam Prior  
& Apostolicus Inquisitor.

INDEX